



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Advlteriis Et Stupro. Titvlvs XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Innocentius III.

Artem illam a mortiferam & odibilem ballistarium & sagittarium adversus Christianos & catholicos exerceri de cetero sub anathemate prohibemus.

DE ADULTERIIIS ET STUPRO.

TITVLVS XVI. CAP. I.

Stuprum virginem tenetur eam dotare, & ducere in uxorem: & si non vult eam contrahere, ultra dotem corporaliter castigabitur. h. d. cum cap. sequen.

In Exodo 4

Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Si vero pater virginis dare noluerit, reddit pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.

CAP. II.

Summatim est supra capitulo proximo. Idem Sepen. Episcopo.

Pervenit ad nos, quod Felix quandam virginem stupro decepit: quod si verum est, quamvis esset de lege poena plectendus, nos aliquatenus legis duritiam molientes, hoc modo disponimus, ut aut quam stupravit, uxorem habeat: aut si renuendum putaverit, corporaliter castigatus, excommunicatusque, in monasterio, in quo agat poenitentiam, detrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine e praeparatione licentia.

CAP. III.

Maritus retinens adulteram conjugem non peracta poenitentia, participes est delicti: seu si egerit poenitentiam, non tamen debet eam sepe recipere.

Ex Concilio Arelaten.

Si vir sciens uxorem suam deliquisse, quae non egerit poenitentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa: reus erit, & eius peccati participes. Quod si mulier dimissa egerit poenitentiam, & voluerit ad virum suum reverti, debet, sed non sepe, recipere peccatricem.

CAP. IV.

Maritus propter suspensionem potest accusare uxorem de adultério, & in accusando praesertur caeteris.

Ex Concilio Parisiensi. d

Maritus etiam ex suspitione uxores accusare permittitur, & ipsi plus caeteris de adultério accusare possunt & defendere.

CAP. V.

Ad solam mulieris confessionem, asserentis se commississe adulterium cum sacerdote, non debet sacerdos puniri, sed sibi infamato potest induci purgatio, quam si praesiterit, absoluitur, desiciens vero suspenditur ab officio.

Alexander III.

Significasti nobis e quendam Presbyterum cum alterius conjugis intra ecclesiam dormivisse, quae se & illum cuidam sacerdoti huiusmodi delictum confessos fuisse publice tibi detexit, & hoc ipsum idem sacerdos nomen adulteri calans in praesentis tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cum negante adultero mulier in confessione persistat, consilium requisisti. Ideoque mandamus, quatenus condignam poenitentiam praefata imponens adulterae, ecclesiam per aspersionem aquae benedictae reconciliare procuret. Praedicto autem sacerdoti, ne (contra Apostolum) infimorum coram mala fama ipsius percussantur, & ne vituperetur ministrum nostrum, neque securiores Presbyteri, existentes in peccatum licentius probabantur, cum vicinis Presbyteris, quos se nolle pejerare cognoveris, iuxta arbitrium tuum purgationem indicas: quem, si purgare se poterit, in officio suo ministrare permittas: alioquin ab officio suo ipsum suspendere non postponas.

CAP. VI.

Coniunx conjugem de adultério impetere non potest, si & ipse adulterium commississe convincatur.

Innocentius III. Titon. a Episcopo.

In Intelleximus b, quod cum S. laicus H. uxorem suam a maritali consortio depulisset, diocesanus eorum, audiens eandem cum quodam adultero fornicari, eam & illum vitulo excommunicationis altrinxit: quatenus eandem adulterum abjurans, ab solutione recepta, coram Episcopo memorato praedictum virum sibi retinere postulavit: at ille obiciens ei adulterium, & quod ab ipso non expulsa, sed spontanea recessisset, restitutionem sui proposuit minime faciendam: quod mulier iniuriis, replicavit in ipsum, quod fuerat fornicatus: [& infra.] Quocirca mandamus, quatenus (nisi velles ceteris, vel per evidenciam rei vel per confessionem legitimam mulieris, quod adulterata sponte fuisset) adulterum etiam quod vis dicitur commississe, probatione cessante, ipsum recipere compellas eandem. Quod si praedicto modo de mulieris fornicatione constiterit (nisi velles per quos viri adulterium est probatum, fuerint reprobandi, cum matrimonii ius in utroque e laico constitutis & paria delicta mutua compensatione rollantur) nihilominus eum cogas, ut eam recipiat, & maritali abfectione pertractet: alioquin mulieris silentium imponere non postponas.

[& Et de fornicatione sobolem procreatam: propter quod talis conceptione sui non poterat contra ipsam. Cumq; autem utriusque probandi hoc facultate concessa, praefata mulier per quendam reprobos ejusdem viri adulterium probavisset, qui ut ipse dicitur tunc quam minus idoneos reprobandos, tandem ab ea ad vitam praesentiam, suis appellatur.]

CAP. VII.

Non debet separari matrimonium, quod totum, propter adulterium, quando ambo conjuges fuerint adulterati.

Idem Episcopo Ambian. d

Trafraternitas e requisivit, utrum aliquo deinceps te uxori suae in adultério deprehensa debitum conjugale, si postmodum ipse cum alia periret adulterium manifeste, cogi debeat, ut eandem maritali affectione pertractet: & infra. Super quo taliter respondit, cum paria crimina compensatione mutua deleantur, ut huiusmodi fornicationis obtentu suae uxoris negotio, consortium declinare.

DE RAPTORIBVS, INCENDIARIIS & VIOLATORIBVS ECCLESIA- RUM.

TITVLVS XVII. CAP. I.

Ratione rapinae feritur qui foron non suo iudici, & ab eo punire proprio iudice suffragante.

Ex Concilio Meldens. f

De illis autem, qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas & depraedationes peragunt, praecedit, ut ab illius loci prelato excommunicentur, nec ante ex parocchia illa exeant, quam digno, qui perpetrarunt emendent: quorum excommunicatio

a Cap. i. eod. tit. in 2. compil. b Exod. 22. & Cap. i. eod. tit. in 1. comp. c al. praepo. d Burch. l. 16. decr. c. ult. etiam tribuit concilio Parisiensi c. 3. e Ca. 6. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lat. part. 30. c. 21.

a Tullen. b Cap. i. eod. tit. in 2. compil. c Distin. 1. deest in 6. Vaticanis & alius Codic. d Ambian. e C. 2. eod. tit. in 3. compil. f Concil. Meldense c. 2. ut refert Burch. lib. 1. de c. 45. & lvo p. 14. v. 109. habetur c. i. eod. tit. in 1. comp. proprio

